

VIR MAGNE

V I R O
SVMME REVERENDO, ATQVE
MAGNIFICO,

DOMINO
VALENTINO ERNESTO
LOESCHERO,

DOCTORI THEOLOGO CONSUMMA-
TISSIMO, EIVSDEMQUE IN ACADEMIA
VITEMBERGENSI HVC VSQVE PROFESSORI PVBLICO LONGE
CELEBERRIMO, VT ET EPHORO ALVMNORVM
SAXONICORVM GRAVISSIMO,

NVNC

AD MVNVS ANTISTITIS DRESDENSIS,
ET IN SVMMO SENATV ECCLESIASTICO ASSESSORIS
EVECTO,

PIE GRATVLATVR

M. IO. ADAMVS CALO,

ORD. PHIL. ADSCRIPTVS.

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.

VIR MAGNE,



VIR O
 SVMMÆ REVERENDO, ATQVE
 MAGNIFICO,
 DOMINO
 VALENTINO ERNESTO
 LORSCHERO,
 DOCTORI THEOLOGO CONSUMMA-
 TISSIMO, EIVSDEMQUE IN ACADEMIA
 VITIMBERGENSI HVC VSOVE PROFESSORI PUBLICO LONGE
 CELEBRISSIMO, VT ET ETHORO ALMORVM
 SAXONICORVM GRAVSSIMO,
 NUNC
 AD MVNVS ANTISTITIS DRÆSDENSIS,
 ET IN SVMMO SENATV ECCLÏASTICO ASSessoris
 EVCTO,



Atieris, spero, ut quanti Te ego faciam,
 quantamque lætitiã ex amplissimis
 dignitatis Tuæ incrementis capiam,
 leui hoc scripturæ genere testificer. Etfi
 enim ante hoc tempus, Te semper, sicut decet, co-
 lere, et obseruare consueuerim : cum tamen longe
 maiorem, atque publicum cumprimis cultum a me Ti-
 bi deberi existimem, causã est, cur in conspectu orbis
 eruditi non minus novos honores Tibi congratulari,
 quam insignes uirtutes Tuas commemorare sustineam.
 Tan-

Tantum autem abest, ut Tibi, VIR SVMME, assentari uelim, ut potius uerear, ne omnes laudes Tuas non digne explicare possim. Nihil dicam de primo aetatis Tuae flore, ex quo uirtutum nutrimenta, et praesidia habuisti, summis parentibus natus; optima indole, feraci ingenio, acri iudicio, memoria tenacissima instructus, recte etiam educatus, ut magnum Ecclesiae ornamentum, magnamque columnam Te fore, non uano augurio haud pauci praedixerint. Multo minus hoc attingam, quod rationibus praeclarissimorum studiorum Vitembergae pariter et Ienae feliciter confectis, externas Academias: Groeningensem, Frannequeranam, Leidensem, Ultraiectinam, Hafniensem, Rostochiensem adieris, uirorum celeberrimorum consuetudine diligenter usus; sed illud in praesentia praeterire nolo, tantis naturae dotibus Te esse ornatum, tantis doctrinae, uitaeque uirtutibus praeditum, tantisque meritis munitum, ut ne consummatissimis quidem Doctoribus concedere uidearis. In Te enim emicat excellens rerum sacrarum scientia, mira in docendo facilitas, et summa dicendi facultas, qua audientium animos commoues iuxta ac flectis, eo usque, ut quiuis facile sibi persuaserit, fontibus aquas potius, quam uerba Tibi defutura. Nichilofecius integritatem, uitaeque sanctimoniam Ecclesiae probas, eamque non magis doctrina, quam laudabili uiuendi ratione, morumque innocentia erudis, ac deuincis. Mores Tui sunt graues, seueri, compositi, et humanitatis tamen condimento temperati. Hinc Te multi certatim expetiuerunt: hinc primo Iutrobocenses, mox Delitienses Sacerdotem Te pri-

marium, sacrorumque Antistitem acceperunt. Vitembergam deinde uocatus breui tempore maximis in Ecclesiam meritis non magis Tuum, quam Reipublicae literariae nomen illustrasti. Etenim nulla non pars Theologiae explicata: saepissimae disputatum in publico: multa confecta coelestissimi ingenii monumenta, ac publicata. Quae ut nec in obscuro latent, nec diu foris ignorari possunt; ita mox lumine suo cum orbis uniuersi, qua literis excolitur, tum praecipue Aulae, Urbisque Dresdensis oculos perstrinxerunt, Procerumque animos in admirationem Tui conuerterunt. Omnes in Te, VIR MAGNIFICE, recuperatum esse, quod in diuis Antecessoribus Tuis: CELLARIIS, GRESERIS, GLASERIS, LAVRENTIIS, STRAVCHIIS, BVLAËIS, LVCIIIS, et SCHRADERIS, uiris mea laude maioribus, amissum fuerit, magnopere gaudent. Omnes sicut de MAGNO PIPPINGIO, tanquam altero SAMVELE: ita de Te tanquam altero AMBROSIO sibi pariter, totique Ecclesiae gratulantur. In communis laetitiae partem ut et ipse uenio, et uenire debeo: sic temperare mihi non possum, quin Tibi, PATRONE SVMME, tantae fastigium dignitatis submisit congratulandum ducam, DEVM comprecatus immortalem, ut cum honores tantos recens in Te collatos Tibi perpetuos esse uelit, tum Te Ecclesiae suae, literisque, et optimis studiis annos in plurimos conferuet. Vitembergae, V. Kalendas Sextiles, A. cIo lo cc IX.



Ung VI 3

W 18
V 17



VIR MAGNE



V I R O
 REVERENDO, ATQVE
 MAGNIFICO,
DOMINO
INO ERNESTO
ESCHERO,
 THEOLOGO CONSUMMA-
 TISSEMQUE IN ACADEMIA
 SVEVICA VSQVE PROFESSORI PVBLICO LONGE
 REVERENTIA ET EPHORO ALVMNORVM
 QUORVM HONORVM GRAVISSIMO,
 NVNC
ADAMVS CALO,
 NATV ECCLESIASTICO ASSESSORIS
 RECENTEVECTO,
 SUPPLICE GRATVLATVR
 ADAMVS CALO,
 M.D. PHIL. ADSCRIPTVS.

GAE, PRELO GERDESIANO.

